



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

14. Quinam non dimidient dies? exemplis ostenditur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

536 Cap. XLVIII. *Iuuenes mori, nec contra naturam esse, fufum filumque. Prorfus enim etiam ille tempore non fuo, fed tempore diuinæ vindictæ moritur, qui fine pœnitentiæ moritur; & faltem non ita dimidiat dies fuos, vt det medios pœnitentiæ, quia medios dederat vanitati. Ita enim eum locum S. Bernardus interpretatur, vt dicat, eos non dimidiare dies fuos, qui in fua vetuftate vſque ad mortem perfeuerant. Et S. Gregorius itidem illos cenſet, idcirco non dimidiare dies fuos, quia tempus vitæ malum, voluptatibusque ductam, ad pœnitentiæ lamenta non diuidunt; nec, ad bonum vſum partiendo, reparant; fed peruerſam mentem, nec in extremis quidem annis immutant, atque*

S. Bern. ſerm.  
de cantico  
Zachariæ,  
S. Gregor.  
ſ. Moral.  
cap. 28.

Ephel. 5. 16.

*tempus non redimunt, anteaquam vitam, quam laſcivendo perderunt, fiendo reparantes. Indigna res, ſi, qui omnem vitam Deo deberent, ne mediam quidem dignantur conſecrare; tota proinde exuendi. Cur enim dies illis Deus det, & prolonget, qui nolunt eos Deo reddere? Hinc multos vidimus, qui à Deo ad religionem vocati, cum vegeti eſſent, & viribus robuſtis, atque, per naturæ dona, ad ſenectutem vſque Neſtoris peruenturi; ſubitò tamen etiam in ipſa iuuentute extincti ſunt, quòd Deo viuere noluiſſent. Nimirum promiſerant ſibi longam ætatem, & ſæcula in voluptate peragenda; ſed non dimidiarunt dies fuos, quos ſibi parentibusque promiſerunt. Igitur in dimidio dierum*

Iſa. 38. 10.

Iob. 22. 16.

Luc. 12. 20.

Dan. 5. 30.

Chryſolog.  
ſerm. 125.

Ierem. 17. 11.

XIV.

Num. 16.

*ad portas inferi tetenderunt, & ſublari ſunt, ante tempus ſuum. Sicut & ille ſtultus, qui anima ſua dicebat: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare; & eadem nocte vita ſua eſt exutus. Quod & regi Balthaſſari contigit, qui eadem nocte interfectus eſt, qua epulum mille optimatibus dederat, & temulentus in vaſis aureis, atque argenteis domus ſacra triumpharæ. Id ipſum Chryſologus docet, in villici parabola ſignificari, dum enim villicationis agit tempus, immaturum exitum exprimit, & illum denotat, qui ad ſtatutum vitæ exitum non pertingit. Hæc & Ieremias edixit his verbis: Perdix fonit, qua non peperit: collegit diuitias, & non in iudicio; in medio dierum derelinquet eas.*

*Demittitur ergo de vita & voluptuarij, vt illi contigit, qui in plurimos annos bona reponebat; & ſuperbi, vt Balthaſſari; & avari, vt villici; & murmuratoriſ, vt Coxe, Dathan, & Abiron;*

&



& aliorum, ut in Saule, Achitophete, Absalone, Amnone, clade Sodomitica, Diluuij, Maris rubri, & familia Heli est manifestum, cuius partem magnam comminatus est morituram Deus, cum ad virilem aetatem venissent. Thomas Bozius demonstrat haereticis regibus, dum vixere in regno, vltra 40 annos vitam longiore non fuisse, vnico Andronico secundo seniore excepto, Paladologo; qui annis 43. imperauit: cum tamen multis Catholicis vita fuerit, in ea dignitate longior; scilicet ob Patrem Deum, & matrem Ecclesiam honoratam, vt diuinum promissum impleretur, de vita longuitate. Fortasse etiam ob istam causam vniuersim homines nunc sunt aui breuioris, quam initio Mundi innocentioris, cum tot Macrobij inuenirentur. Nunc enim multis re ipsa contingit, quod D. Antoniaus narrat Anastasio Imperatori non sine prodigio contigisse, Apparuit enim illi horribili specie vir cum libro, in quo scriptum erat: *En, ob tuam improbitatem, quatuordecim tibi vita annos deleo.* Quoties, o iuuenes, non apparet quidem, sed delet tamen vobis Deus, vni quidem quatuordecim, alteri viginti, alij triginta, quadraginta, & que vitæ annos, quos in improbitatem semel lapsi diabolo consecraretis? Cur enim tot iuuenes florentissimos in media mori adolescentia videmus? Rapiuntur quidem nonnulli, ne malitia peruertat intellectum illorum: & dies Sanctorum quoque breuiantur, teste Auctore operis imperfecti, ne det Deus in aeternum fluctuationem iusto, vsque adeo impij non solum sibi, sed etiam probis v. vita breuietur, causa sunt: at tamen multo plures impia viuendi ratione mortem sibi ipsis ante tempus accersunt. Nihil enim ad impium pertinet de domo sua post se, & si numerus mensium eius dimidietur. Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arescent: ledetur, quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiciens florem suum. De mane vsque ad vesperam succidetur. Nunc quidem efferri cernimus ad sepulchrum multos, causam autem non cernimus. Erit cum aspiciemus eiusmodi cadauera purpuratorum iuuenum, animam ipso cadauere habuisse foediorem, dignam proinde fuisse, quæ, dum corpus terræ traditur, in inferno sepeliretur. Quamquam his ipsis beneficium confert

1. Reg. 2. 35

V X

Bozius de signis Eccl. lib. 23. cap. 5.

Exod. 20. 12.

Matth. 24. 12. Author operis imperf. hom. 49. in Matth.

Iob. 21. 21. cap. 15. 32. 33. cap. 4. 20.

Y y Deus,





Deus, dum vitam tam citò aufert; aufert enim cum vita occasionem atrociora supplicia promerendi.

## XV.

Sed cur non etiam sine beneficio hoc auferret vitam illis, qui improbitate sua faciunt, vt etiam sancti viuere diutius in tam scelerato Mundo non velint? Nam eousque peccatum progreditur, vt & malos faciat vita indignos, bonos autem vitæ indignantes. *Idcirco tādūt me vita mea*, ait ille, *videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem*. Quale vitæ tādium etiam Rebecca, Iob, Ionas, Elias, Paulus, Christus, alijque quàm pluri habuerunt. Diem natalem Iob maledixit; & Ieremias, ac Mathathias, se natum doluit. Et Paulus cum eodem Iob, & Ieremia, & Elia, & Dauide ex hac vita discedere desiderauit. Et *qui vitam odio habuit*, ait S. Ambrosius, *vtique mortem predicauit, granius est enim ad peccatum viuere, quàm in peccato mori*. Immo longè præstabilius est millies mori, quàm in peccato viuere. Hinc solenne est sanctis viris tādium præsentis vitæ, vt ipsi mortui Deum etiam leuiter desinant offendere, ac videre peccata aliena, quibus grauiter læditur diuina maiestas. Micòs enim illis dolet mors sua, quàm mala aliena, vt apparuit etiam in S. Augustino, cùm eius ciuitas obsideretur. Itaque & se perimunt, ante tempus, qui peccant, & eos, qui non peccant, vt vel sic bis peccent peccatores. Qui plura vult de hoc argumento, legat S. Gregorium Nyssenum oratione de ijs, qui præmaturè abripiuntur.

Eccles. 2. 37.

Gen. 27. 46.

Iob. 10. 1.

Ion. 4. 8.

3. Reg. 19. 4.

2. Cor. 1. 8.

Marci. 14. 33.

Iob. 3. 1.

Ierem. 20. 14.

1. Machab. 7.

Rom. 7. 24.

Phil. 1. 21.

Psal. 141. 8.

S. Ambros. de

bono mortis.

cap. 7.

Possidon in

vita S. Au-

gustini. cit.

## CAPVT XLIX.

*Mortes varias, per bella, pestes, aliasq; causas, iustissimis Dei iudiciis in homines immitti.*

## I.



Vt homines nonnulli citiùs moriantur, satis dictum existimo. Atque hæc de tempore Mortis quoque sufficiunt. Nam quòd in senecta primùm ætate decedat, vix est quisquam qui murmuret; cùm vix quisquam sit tam senex, qui non vel speret, vel optet vitam longiorem. Quòd si enim nonnumquam tēdio laboris, vel alijs ærumnis pressus mortem videatur vocare, haud seria est vocatio, quia si vel inuocata venit, est ingrata. Quod lepida fabella expressit Æsopus, in

sene